# LEGES NOVELLAE

## AD THEODOSIANVM

## PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS


| | pag. |
|---|---|
| Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . . . . . . . | VI |
| PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES | |
| Cap. I. De singulis legum novellarum syllogis . . . . . . . . . | XI |
| Cap. II. Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . . | XXV |
| Cap. III. Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . . . . . . | XXXI |
| Cap. IV. Codices tertiae syllogae . . . . . . . . . . . . . . | XLIII |
| Cap. V. Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . . . . . . | LV |
| I. Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . . . . . | |
| II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . . . . | |
| III. Breviarii Alariciani epitomae . . . . . . . . . | LXI |
| IV. Breviarii minora . . . . . . . . . . . . . . | LXIII |
| V. Libri latentes vel deperditi . . . . . . . . . . | |
| Cap. VI. Legum novellarum editiones et apparatus . . . . . . | LXV |
| Cap. VII. Crisis legum novellarum . . . . . . . . . . . . . . | LXXVII |
| A. Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . . . . . . . . . . . . | |
| B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . . . . . . . . . . . . | LXXXIX |
| C. Leges novellae Anthemii . . . . . . . . . . . | XC |
| Cap. VIII. Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . . | XCI |
| I. Constitutionum acceptores . . . . . . . . . | |
| II. Constitutionum tempora et loci . . . . . . . . | XCVI |
| I. CORPVS LEGVM NOVELLARVM *THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI* IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1 |
| II. LEGVM NOVELLARVM *MARCIANI* IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT | 179 |
| III. AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS *SEVERI ET ANTHEMII* . . . . . . . . . . . . . . . | 197 |
| Index titulorum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 209 |
| Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . . . . . . . . . | 213 |

II.

# LEGVM NOVELLARVM IN ORIENTE PROMVLGATARVM

# MARCIANI

## IN EPITOMEN ALARICIANAM RECEPTAE.

# TITVLI LEGVM NOVELLARVM
# DIVI MARCIANI A.

*De apparatu conferas quae diximus p. 1.*

I. Neminem exhiberi de provincia ad comitatum nisi ad relationem iudicis a quo fuerit appellatum.

niminem *Fuld.*, nemine *L*   exhibere *Fuld.* Ψ'ΘΣΞ   de prouincia] de pr. sua *S*ᵃΣΞ, de prouinciani *Fuld.*, *om. O*   nisi] ni *Fuld.*   ad relacione *Fuld.*, a relatione *L*   ad quo *Fuld.*   fuerat Ξ, emerit *Fuld.*   appellatus ΣΞ, appelletus *Fuld.*, appalat *L*

II. De indulgentiis reliquorum.

ii] iii *O*

III. De praediis civitatum omnium.

iii] ii Σ   praesidiis Θ

IIII. De matrimoniis senatorum.

V. De testamentis clericorum.

de *om. Fuld.*   clericorum] cl. et religiosorum *O*, cl. uel religiosorum *N*

---

*Fuld. ONSL*ΨΘΣ *(om.* II. IIII*)* Ξ *(om.* II*)*

# LIBER LEGVM NOVELLARVM DIVI MARCIANI A.

## I. NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATVM NISI AD RELATIONEM IVDICIS A QVO FVERIT APPELLATVM.

i] *om.* *GCΘ (context.)*   niminem *Fuld.*, nemini *Φ*   exhibere *GΦΨΘΣ (lat.) Ξ Fuld. Paris. 4409. 4414. 4415*   de prouincia (-am *Fuld. [context.]*)] de prouincia sua *S (lat.* $^{\alpha}$*) ΣΞ (lat.)*, de prouinciani *Fuld. (lat.)*, *om. O*   ad comitatum] ad prouintiam uel ad comitatum *Capit. Angilramni 4*   relationem] relatione *Fuld.*, rationem *Paris. 4409*   indicis *om. N (context.) E Paris. 4409. 4410*   a (ad *E Fuld. Leid. cum Cap. Angilr. 4*) quo (quem *Cap. Angilr. 4*) fuerit (emerit *Fuld.*) appellatum (-tus $NG\Phi\Omega^1\Sigma\Xi$ *[lat.] Fuld. Paris. 4410. 4414. 4415*) (*add.* id est ut actor rei forum sequatur *[vide v. 48]* $\Omega^2$ *cum Pith. [ad Sichard.]*)] *om. O*

Nov. I (450 Oct. 11).

IMPP. VALENTINIANI ET MARCIANI AA. EDICTVM. Multa remediorum genera nostrae clementiae provincialibus suis prospicere gestienti et crebra cogitatio subpetit et ipse rerum usus adportat. Nam cum venalem iudicum ambitum radicitus amputasset et ad res privatas vel publicas sincerissime gubernandas homines spectandos atque consultos traxisset invitos — sciens quippe felicem fore rem publicam, si a nolentibus et actus publicos repulsantibus regeretur —, cogitanti nostrae pietati statim occurrit, quonam modo possint longi itineris intervallo et enormibus sumptibus legitimo egentes auxilio liberari. Videtis enim agmina, videtis catervas adeuntium infinitas non solum a finitimis

---

1 impp.] intep̄. *G*   ualentiniani] *sic C Iust.*, ualentini $S^a$, ualent̄ *PK*, ual̄ *Paris. 4409*, ualentinianus *O et reliqui*   marciani] *sic* $C^bS^a$ *Iust.*, martinianus $S^b$, marc(*vel* -t)ianus *O et reliqui*   aug̃. *G*   edictum] ad edictum *E*, edictum ad omnes iudices *O*, edictum ad populum *Iust.*, *om. Φ Leid. Paris. 4414. 4415*   generem *N*   nostra *E*, nostrem $G^\beta$   2 clementia $G^\beta E$   gestiendi $G^\alpha\Phi$, gestient $E^b$   ipsa *E*, ipsae *Φ*   3 usum *HNPMΦ*   nam cum] nam *K*, nec $G^\beta$   uenale $NG^\beta$   iudicium *NKΦ*   ambitu $E^b$, ambito *N*   radicitus *om. K*   amputasse *ECPM*, amputare *O*   4 uel publicas] uel publici *N*, et publicas *O*   sincerissime] serenissime *E*   gubernans *KL*   spectandos] *sic HN*, spectabiles *O*, expectando(*vel* -u)s *reliqui*   4/5 atque consultos (consumtos $E^b$) traxisset (traxisse *H*, tradidisset *PMS cum Pith. [ad Sichard.]*) inuitos (-tus *NKL*)] etiam inuitos tradere uellet *O*   5 felicem fore (fore felicem *O*) rem] felicem profore rem *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)*, felicem ferorem (furorem *N*) *NE*   a nolentibus] nolentibus *Φ*, abolentibus $E^b$   actos *HNEPM*, acto *K*   6 repulsantibus] recusantibus *O*   regeretur] *sic* $OP^2$ *coniectura probabili, om. reliqui*   cogitanti] haec cogitanti *O*   nostrae pietati (-tis *HNΦ*)] pietati nostrae *O*   occurrerit *E KL*   6/7 quonam (quoniam *HNM*, quo *Φ*) modo possint] quo iure possint *O*, quo ūrae possint *S*, quoniam modo uestra possint *E*, quod admodo (amodo *L*) uestrae opus sit *KL*   7 longi itineris . . . sumptibus] *cf. nov. Maiorian. 2, 41 sqq.*   enormibus (*vel* inorm- *vel* inurm-)] inermibus *O*, inarmibus *Φ*, in omnibus *C*   8 liberari] liberali *N*   uidetis] uidimus *O*   augmina *NPM*   uidimus *O*   cateruos *K*   adeuntium] audientium *L*, aut centium *K*   non solum] id est non solum *E*   a finitimis (fitinitimis *K*)] infinitimis *N*

provinciis, verum extremo orbis Romani limite confluentes et adversum suos adversarios
conquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, si in locis integritas vel severitas
iudicum floruisset. Ne igitur huiusmodi flagitia etiam ulterius porrigantur, ne quis de-
sertis laribus suis aut certe dulcibus pignoribus per iucognitas mundi partes diutius per-
vagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter et omnibus declarandum pietas
1 nostra decernit: Quicumque civilem actionem vel certe criminalem accusationem ad-
versariis suis intendere moliuntur, viros clarissimos adeant provinciarum rectores et ex-
positis querimoniis insinuatisque desideriis suis paratissimum promptissimumque posthac
subsidium iuris expectent. Illi noxiae potentiae vim legum benignam obponant, illi
divitiis integram mentem obiciant. Non illos supercilium, quod hoc tempore nullum est,
terrebit, non effeminabit mentem severam quilibet census oblatus. Sed unicuique, non
altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostrae mandatorum non inmemores
pietatis et antiquo et nostro iure succurrent et querimonias suas probantibus aut indemni-
2 tate servata aut legitima vindicta consulent subsecuta. Has ergo ob causas nullum
adversarium suum a proximis vel longinquis partibus, non per sacros adfatus, non per
magnificentissimorum vel inlustrium iudicum sententias volumus exhibere, nisi forsitan
aut propter potestatem adversarii aut ipsius rei difficultatem aut publici debiti molem
deficiente rectore provinciae spectabilis iudicis, qui in locis vel proximo deget, vel
3 amplissimae potestatis vel aliorum maiorum iudicum auxilium postuletur. His pro
commodo vestro et pro nostri imperii humanitate dispositis unusquisque vestrum, cum
sint in locis iudices legum custodes et earum pervigiles defensores, prout quisque possit
sine peregrinatione, sine sumptibus super dubiis rebus et adire iudices et auxilium ami-

---

9 uero N orbis (*sic* HCS, urbis *reliqui*) romani] romani orbis O confluentes] confluentibus PMS, commeantes O aduersus O 10 conquerentes] *sic* OHNC$P^{2}$, conquireutes *reliqui* accidisset] *sic* OHC$P^{2}$, accedisset EΦ, occidisset N$P^{1}$M, concidissent S, concidissent occidisset KL si in locis *om.* H 11 iudicinm NES ne] *sic* OE, et ne *reliqui* flagitia huiusmodi Φ etiam *om.* OΦ ulterius] ulteriora PMS porrigatur HKΦ, perrogantur E 11/12 ne quis desertis] neque dissertus H 12 laribus] laboribus OHNSΦ *cum Pith. (ad Sichard.)* pigneribus OSΦ incognotas $K^{a}$ diustius K 12/13 peruagitur K, peruagentur H 13 consultissimum KL, consulentissimo C statuendum] ita tuendum N pariter . . . declarandum *om.* O pariter] pariter antiquitus E 14 quicumque] ut quicunque O accusationem] actionem H 15 molliuntur N uiris N rectores prouinciarum O 15/16 et expositis] expositis KL 16 paratissimum] paratis paratissimum K promptissimumque] prumptissimum N 17 iuri K expectent] *sic* OHE, expectet N, expectant L, expetent CΦ, expetant PSK, expetint M illi] et illi H noxiae] noxae K, nox ac E potentiae] potentia $H^{2}$, *om.* $H^{1}$ uim (de KL) legum benignam (-nem S, -na E)] b. u. l. O apponant O illis N 18 diuitiis] de uitiis CPM integrum K, integra E obiciant] *sic Cui. ed. 1 et posteriores edd.*, abiciant HE, obicient NCKLΦ, obseruent *O et reliqui* illos] *scripsimus*, illo HECLΦ, illius PMS, ullius O, illi K, illum N; *Ritter significari hic Chrysaphium, qui a. 450 a Marciano interfectus est (cf. Seeck apud Pauly-Wissowa III, 2485 sq.), haud iniuria putat* supercilio EKLΦ 18/19 est terrebit] exterrebit E, terrebit H, est aliquem terrebit O 19 non] nec E effeminauit HNEM seueram] sinceram O; *cf. v. 10* quaelibet S censu sublatus N sed] se E 20 altior M, alteriorae N despecta (dispecta HNKL) humiliore] hum. desp. O fortune K nostro] nouo O 21 succurrente E 21/22 indempnitates S 22 consulentur K, consulente$^{a}$ H subsecuta] *sic* HNKLΦ, subsecutas *reliqui*, *om.* O; *cf. v. 36 sq.* ob] ut E 23 aduersarium suum a pr. uel longinquis (longiquis H, longisque S, a longinquis K, ad longinquis L) partibus] a longinquis uel proximis partibus ad comitatum uolumus exhiberi O (*cf. v. 24*) non] nec O sacos K adfatus] affatos K, affectus NPL, affectos Φ non] nec O 24 magnificentissimorum] magn. potestatem E sententiam H uolumus exhibere (-ri H $P^{2}$ *cum Sichard.*, exigere Φ) *om.* O (*cf. v. 23*) 25 potestatum HNK aduersariis H difficultate N debit. K 26 deficiente] definieute *Pith. [ad Cuiac.] cum Cui. ed. 2* rectorem K spectabiles NES, expectabiles Φ, specialis H iudices NESΦ locis uel *om.* O proximo] in proximo KL degit OK, detegit L, decent E 26/27 uel amplissimae] amplissimae CPMS 27 potestates NE indiciis PMS postuletur auxilium O 28 uestro] *sic* HNEKLΦ *cum Pith. (ad Sichard.)*, nostro C, tuo *O et reliqui* nostri] nostro N $K^{a}$ humanitate imperii O uestrorum O 29 locis iudices (indicis K, iuris S)] lociudices $H^{a}$, loci indicis $H^{b}$ et earum (arum K)] ueterum E prout quisque] uti quisque O, uti prout quisque KL, pro utrisque E 30 super] sine S iudicis K, indicem *Cui. ed. 1* 30/31 et (ut N, *om.* K) auxilium amicum (-corum S) legibus] et am. leg. aux. O

cum legibus adipisci, haec quae dicta sunt observare debebit. Si vero vel ab adversario tamquam excedente provinciale praesidium fuerit contemptus vel a iudice non auditus hocque in amplissimae potestatis vel alio maiore, conpetenti tamen, examine per relationem iudicis contra adversarium missam seu ipsum iudicem documentis quibusdam neglexisse nostrae maiestatis edicta sui periculi memor se promiserit probaturum, tunc post indemnitatem ei legibus servatam etiam vindicta iuri congrua in convictum protinus
4 subsequetur. Quod si appellatio apud iudicem fuerit subsecuta, ea, quae super provocationibus legibus antiquitus statuta sunt, diligentius modis omnibus conplebuntur.
5 His additur aliud maius, quod innocentes praecipue hactenus conterebat. Nonnulli namque suis adlegationibus diffidentes, vexare suos adversarios tantummodo cupientes, non iure cum his, sed arte pugnabant et per sermonem fucatum et falerata verba, nonnumquam legibus arte confusis, ad aliena eos iudicia pertrahebant, ita ut hinc saepius eveniret, ut et miles in civili et privatus in militari, sed sibi incongruo, peregrinaretur iudicio. Ergo hanc quoque partem ne ad laesionem nobis subiectorum per iuris et legum contemptum ulterius perduraret, hoc providentissimo edicto nostra pietas censuit emendandum. Iubemus namque omnes pro priscis ac saluberrimis institutis suos adversarios satisfactionem forsitan differentes in proprio, non in minime conpetenti fictis quibus-
6 dam occasionibus exposcere litigii foro. Actor rei forum sequatur. Quod sine caelesti sententia non constat esse decretum, intactum inviolatumque servetur: nemo a nostra serenitate postulet — nec enim impetrabit non rescriptum non mandatum vel iussum quod

---

**31** adspeci *N* dicta] prodicta *S* uel ab aduersario] uel aduersario *K*, uel aduersariis *H*, aduersario *O* **32** tamquam *om. O* excidente *KL*, excedentem *Φ* prouinciale ..... contemptus uel *om. O* praesidium] praedium $H^a$*KL* contemptus] comtus *K*, consecutus *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* auditus] aditus *PM*, additus *S* **33** hocque] haec quae *S*, hecque *H* in] iam in *E*, *om. Φ* potestates *NE* uel alio ..... tamen *om. O* alio] aliorum *H* maiore conpetenti] *sic NEΦ cum Cui. ed. 1*, re conpetenti *C*, maiorum c. *H*, non c. *PMS cum Pith. (ad Sichard.)*, maiore non c. *KL* examine] cognitione *O* **33/34** relatione *N* **34** iudicis *om. O* missam] missa *HΦ*, emissam *Sichard.* seu ipsum .... quibusdam *om. O* ipsam *N* documentum *S* quibusdem *H* **35** neglexisset *G*, neglexissent *H*, neglecta *O* maiestatis nostrae *O* sui periculi memor *om. O* periculo *G* memor se] m. si *GS*, memorie *M* probatura *G* **36** indemnitate *HG* ei] et *G*, *om. H* seruatam] seruata *G*, seruata tam *E*, reseruatam *N cum Pith. (ad Cuiac.)*, reseruatum *HKL Φ* uindictam *MK* iuris *HE* conuictum] conuicto *Φ*, condicto *G*, uictum iuris *H* **37** subsequetur] subsequitur *NK*, subsequatur *O*, obsequitur *LΦ*, suo sequentur *G* obsecuta *S*, obsecutus *G* ea quae] et ea quae *K*, atque *G* super] per *N* **38** antiquitas *E*, antiquis *KL*; *cf. inter alia Theod. 11, 30, 25* sunt statuta *O*, st. sint *G*, statuta *N* **39** additus *E*, aditus *PM* quod] quod hactenus *O* innocentem *GPMS*, innocentiam *O* hactenus *om. O* conterebant *H* nonnullis *N* **40** alligationibus *HSΦ* defidentes *GCPM* uexare] et uexare *O*, ne sane *H* suos] uos *N* **41** iure *om. C* cum his] commissi *H* sed arte] *sic OHNE*$P^a$*Φ*, sed arta *KL*, sedare *reliqui* repugnabant $E^b$ fucatum] factum *Φ* falerata] *sic HNPMΦ*, phalerata *C*, falsata *OS cum Pith. (ad Sichard.)*, falsarum *E*, perfallere et falsata *KL* **42** arte] *scripsimus, ante libri* alina *M* eos] eo *E*, eas *K*, *om. O* protrahebant *Φ* ita ut hinc ..... **44** iudicio *om. O* ita ut] *sic E cum Cui. ed. 1 neque minus Vat. reg. 1128*, ut *H*, at *C*, aut *reliqui* hic *PMS* **43** eueniret] *sic E cum Cui. ed. 1*, euenerit *H*, euenit *reliqui* miles (milis *NΦ*) in (*sic HE cum Cui. ed. 1, om. reliqui*) ciuili (-e *H*)] mali ciuili et milis ciuili *KL* in militari (-e *N*)] sit militari *C*$P^1$*MS* sed] et *E*; *fortasse scrib. cum Seeckio* scilicet sibi] siue $P^1$ *MS* incongruum *K*, incongruos *N* peregrinatur *H* **44** subiectarum *PMS* **44/45** per iuris et legum contemptum] *scripsimus dubitantes*, legum (-gem *H*) superioris (super priores *N*) et legum contemptum (-tu *E*) *reliqui*, et legum contemptum *O*, patiamur iuris et legum contemptum *Sichard. coniectura* **45** ulterius] alterius *bis H* perduraret] *sic OEKΦ*, perdurare *reliqui* **46** emendandam *O* omnes *om. EΦ* pro priscis] propitiis *O* **46/47** suos aduersarios *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* **47** satisfactione *NE*, factione *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* forsitan *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* differeutes] *sic OHNSKL cum Pith. (ad Sichard.)*, deferentes *reliqui* in proprio non in minime .... **48** exposcere] in proprio foro conuenire *O* non *om. N* in *om. E* conpetentis *H* factis *KL* **48** poscere *S* litigii foro] *Seeck*, litigatore $H^b$*NELΦ*, litigator $H^a$, legatore *K*, litigatorem *reliqui* auctor *SΦ*, actor igitur *O*, *om. H*; *cf. nov. Valent. 35 (34), 21* quod] et quod *O* sine] si nec *N* caelestis *N* **49** constat esse] coustantes se *E* decretum] secretum *Φ* intantum *Φ* seruetur et inuiolatum *O* a] ad *E*, *om. HΦ* **50** inpetrauit *NEC*$P^a$*MΦ* non rescriptum] nostrum r. *EP* mandatum datum *Φ*

dicunt sacrum — suos adversarios in minime conpetenti iudicio respondere, maxime cum hoc tempore, quod superius dictum est, unusquisque clarissimorum vel spectabilium iudicum, si tamen propter causas praedictas ita usus tulerit, et integras adeuntibus aures praebere et omni postposita invidia, omni spreta gratia recto proposito potuerit
7 iudicare. Quam formam etiam in militari parte volumus observari nec passim aliquem armatae militiae sociatum longinquis partibus trahi, sed in locis apud conpetentem iudicem pulsari, nisi tamen super maximis et necessariis causis et militarem iudicem in locis excedentibus fuerit accusatus: || ⌜non ignorante eo⌝, cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua fuerit protractus examina, quod, si culpa sui fuerit dilata cognitio vel minime actioni suae adfuerit vel delata probaverit, pro calumnia quidem poenam luat legibus constitutam; pro vero pecuniaria causa post dispendia, post sumptus, considerata quantitate postulatorum vel medii itineris intervallo, condemnationem pro aestimatione iudicis sustinebit. || Nam dignum est eos, qui maiorum nostrorum nostrarumque legum, avaritia stimulante vel invidia incitante, fines perturbare seu castra perfringere conabuntur militantum, saltem intimato, quo
8 magis puniuntur, dispendio refrenari. Ergo consulite vestris commodis, nostris saluberrimis parete praeceptis. Nemo a nostra pietate maioribus occupata vel a magnificentissimis seu inlustribus iudicibus nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est, rebus publicis vel debitis exhibitionis subsidium poscat. Nam si quis aliter quam edicta continent petulanti animo his despectis maiorem iudicem vel nostram primum contra ordinem legum adierit maiestatem, sciat se non solum litis iacturae atque plus petitionis

> *Iust. 7, 51, 4*
> || *incipit* ⌜non ignoret is⌝
> || *finit*

---

**51** discunt *Φ* sacram *H* in *(om. E)* minime] inminere *Φ* maxime .... **55** iudicare *om. O* **52** quod] ut *E* clarissimorum] *sic HNE*, clarissimum *reliqui* expectabilium *N S Φ* **53** iudicium *NKL* propter] pro *H* praedicta *K* ita usus tulerit] ita ut sustulerit *HE*, obtulerit *Φ* et integras] integras *K* **54** et omni] in omni *H*, in omnia *K* indicia $H^{a}$, inuicia $H^{b}$ omnis *HNKLΦ* expreta *H*, praeca *L*, prae *K* proposita *K*, praeposito *L* **55** uolumus] id uolumus *H* obseruare *HNCK* aliquem *om. Φ* **56** militaem *(sic) K* sociatu *N* longis quis *S* parentibus *Φ* trahit *K*, *om. E* **58** et militarem] et apud m. *O*, militarem *K* in *om. G* excidentibus *OHGΦ*, exsedentibus *N* **59** ignorante] ignorantiae $GEP^{1}MS$ eo cuius *om. G* ex *om. H* aliqui $H^{a}$, aliquid $H^{b}$ **60** datum *KΦ* formam] firmum *Φ* in *om. H* longinquam *PMSKL*, longinquo *O* **60/61** examina] examine *OGEK*, examinem *S*, exanima *N* **61** quod] a quo *G*, ad quod *S* delata *E*, dilatum *O*, dilatata *HG* cogniti *G* minima *KL* **62** actioni] *sic EPM Iust.*, accusationi *O*, actionis *reliqui* adfuerit] fuerit *O* delata] *sic HEKL Iust.*, dilata *O et reliqui* probauerit] non probauerit *O* pro calumnia] pro calumniam *NK*, calumniam *G* **63** poenam luat] poena luat *NΦ*, poenalem aut *G* constituta *N* uero] uiro *G*, *om. H* **63/64** pecuniaria] pecuniali *H* **64** post sumptus] pro sumptus *G*, post disumptos *K* **65** postulaturum *N* inteluallum *G*, *om. O* condemnatione *GΦ*, contemplationem $O^{a}$ **66** pro aestimatione (extimatione *H*)] praesumatiotione *G* eos] ut quos *G* **67** qui *om. N* nostrorum nostrarumque] nostrarumque *NEΦ*, nostrarum *H* auaritia .... incitante *om. O* auaritia] auxilia $GP^{1}MS$ stimulatae *G* inuidia] iudicia $GP^{1}MS$, *vacuo spatio relicto om. C* **68** finis *NK* perturbant *O* seu castra .... **69** puniuntur *om. O* conabantur *E*, *om. GS* militantum] *scripsimus: cf. v. 80*, ibi tantum *E*, alii tantum *H*, habitantum *NCP*, habitatum *Φ*, habit testantum *G*, habitis tantum *reliqui* intimato] *sic HNKL cum Cui. ed. 1 in margine*, intemptato *E CPΦ*, intemptatos *M*, intemptemus *reliqui* quo] qui *Φ* **69** puniantur *C: recte* ergo *(om. E)* consulite (consulete *PM*, cum solitae *E*, consulte *NS*, consulenti *Φ*, consolatſ *(sic) K*)] consulite ergo *O* commodis *om. K* nostris *om. K* **70** parete (parite *N*, parere *HEKL*) p.] praeceptis parete *O* a] ad *SKL* nostrum pietatem *KL* uel a] uel ad *HNKL*, uel *E* **71** in *om. ONE* necessariis] necessariis rebus *O* quod superius .... **72** debitis *om. O* quod] quo *Φ* superius cautum est (est c. *H*, cautum *E*)] super iudicatum est *N* **72** rebus] si *S* publicis uel] *melius* uel publicis debitis] litis *Φ* exhibitionibus *E* poscant *N*, pascat *K* qui *K* quam edicta] *scrib. cum Pith. (ad Cuiac.)*, quam edictum *O*, quam dicta $EP^{s}$, quae dicta *reliqui* **73** continet *OΦ* petulanti .... despectis *om. O* petulanti animo his] petulantia nemo his *N*, petulantia modis *Φ*, petulanti a his *S*, petulantes animi his *E* despectis] *sic* $CP^{a}$, dispectis *HNEKLΦ*, desperatis *reliqui* maiores *O*, *om. H* iudices *O* nostre *H* primum .... **74** legum *om. O* primum] promant *Φ*; *fortasse* prius **74** adiret *S*, dierit *N* iacturae] *O cum Sichard.*, iacturam *reliqui libri* atque plus ... **75** periculo *om. O*

periculo, verum etiam conpetenti motui fore subdendum. DAT. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. VII ET AVIENO VC. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis adversarium suum aut repetitione aut criminis obiectione pulsaverit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones nec aestimet adversarium suum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum: illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam et militantes ordine teneantur, ut et ipsi apud conpetentes iudices, quas conpetere sibi credunt, exerant actiones, quia omnibus legibus constitutum est, ut actor rei forum sequatur.

---

BREV. *(O[om. int.]HNG [textus, cuius suo loco (fol. 303$^{b}$) non extat nisi principium usque ad* 2 gestienti *($G^{\alpha}$), particulae quaedam fol. 303$^{a}$ novellae Valent. 35 (34) interpretationi adnexae sunt, hoc quidem ordine servato, ut post* 57 et necessariis .... 69 puniuntur *sequantur* 1 edictum ... 3 uenalem *($G^{\beta}$), denique* 35 neglexisse ... 40 aduersarios; *inscr. subscr. int. suo loco habemus] EX [incipit* 80 et militantes*] CPMSKL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; decurtati omisso textu omnes fere inscriptionem subscriptionem interpretationem, Fuldensis interpretationem usque ad* 80 appellare *exhibet. Ex codicibus fragmenta minora continentibus D [Paris. 12445] inter Theodosiani 9, 1, 11 inscriptionem et textum interpretationem nostram interponit sub praescripto* 'ex interpretatione legis martiani' *addito in fine* 'secundum has leges decreuit carthaginense concilium capitulum xxx', *Phillipp. 1741 in margine inferiore fol. 191$^{a}$ eadem exhibet, praeterea in fol. 13$^{b}$ interpretationis principium [usque ad* 80 appellare*] sub praescripto* 'et item leges dicunt'*).*

*Adhibuerunt novellam aut interpretationem L. R. BVRG. 33, 1 (cf. v. 77—79), IVST. 7, 51, 4, CAPITVL. ANGILRAMNI IV in fin. (rubricam et v. 48 = 82). VII [= Benedict. Levita add. IV, 18] (v. 77 sqq.). XXIX (v. 79/80), alii quos negleximus. HINCMAR (ed. Hardouin in Actis Conciliorum V [1714] p. 1348) sub praescripto* 'et item leges dicunt' *interpretationem servat usque ad* 80 appellare.

75 periculum *H* motui] *sic HKL Cui. ed. 1,* mutui *NCPM*, mutua *S*, multae *O cum Pith. (ad Sichard.)*, metu *E cum Pith. (ad Cuiac.)*, morti *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* fore] forte *Φ*, fori *O* 75/76 dat. u (ui *EKLΨΘΩΞ Paris. 4408. 4414. 4415*, ii *O*, prid. *G*, *om. Epit. Mon.)* id. (kl *G*, non. *O*) oct. constantinop. (consol. *E*, *om. Ξ*) *(hic finit O)* *(ins.* prae *G*, ppo *Paris. 4408)* ualent. (constantino *Ξ*) a. *(om. CPMS Leid.)* uii (ui *Paris. 4411. 4415*, u *Leid.*, iiii *Ψ Θ Paris. 4413*, *om. Paris. 4414*) et auieno *(sic EC Paris. 4414. 4415 Epit. Mon.*, abieno *NPMS Paris. 4409. 4410. 4411*, auiano *G*, abndtio [= abundantio] *H*, albino *reliqui)* uc. *(HKΘ Paris. 4408. 4413*, uir cl *Paris. 4409*, uic *ΩΞ*, uicariis *G*, *om. reliqui)* conss. *(om. NGEK Paris. 4410. 4414. 4415) libri* 77 aduersarium suum] *sic NESK$^{b}$ΨΘΩ Paris. 4409 Epit. Mon.*, aduersarium *reliqui* aut *om. N* repetitione] repetitionem *ΩΞ*, ad repetitionem *N Fuld.* aut *om. Ω$^{1}$* criminis] criminales *Ξ*, certis *PM*, certe *S* obiectione] abieccionem *Ξ*, subiectione *L*, subactione *K$^{a}$* 78 consistet *H* ille] illi *Fuld.*, *om. S* exerat] exerceat *G* accionem *Fuld.* extimet *H*, stimet *Ξ Fuld.* 79 suum *om. H* aut] ad *Ξ*, *om. H Paris. 4409* iuditii *G*, iudicem *N* protrahendum *Ξ* illi uero .... 80 appellare] *cf. quos locos attulimus ad nov. Valent. 35 (34), 183* illi] *sic Ξ Fuld. cum Capit. Angilramni 7 et Cui. ed. 1*, ille *reliqui* pulsatus fuerit] pulsatur *C* 80 susceptum *Ξ* appellari *HNGΩ* ut et] et ut *Ξ*, et *E* ipsis *K$^{a}$* 81 exerceant *G* 82 ut *om. H* auctor *EXSΨΘ Paris. 4409* furum *Ψ$^{b}$*, foro *N*, furmam *Ξ*, futurum *Ψ$^{a}$Θ*

## II. DE INDVLGENTIIS RELIQVORVM.

ii] *om. O*

Nov. II (450 post Oct. 11).

IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curae nobis est utilitati humani generis providere; nam id die ac nocte prospicimus, ut universi, qui

---

1 ualentinianus et] ual *Paris. 4409* martinianus *E* aug. *G*, *om. O* ppo] po *Φ*, pf *Paris. 4409*, praeposito *OS* curiae *P* | 2 utilitate *K* prouideri *XCPMS* id] in *K* die ac] die hac *HS*, de hac *O* prospicimus] prius praecipimus *E$^{1}$*

sub nostro imperio vivunt, et armorum praesidio ab hostili impetu muniantur et in pace
libero otio ac securitate potiantur. Ideoque mirati sumus laudabilem suggestionem celsi-
tudinis tuae, quae praeter alias virtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam
humanitatem tui culminis evidenter ostendit. Nam debitorum, quae in reliquis trahun-
tur, exactionem molestiam esse testatur obnoxiis ac merito postulavit, ut praedicti debi-
tores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuam
1 probandam esse censuimus. Cesset igitur pro securitate provincialium exactio reli-
quorum et a sextae indictionis initio usque ad finem quintae decimae nuper elapsae
debita deleantur, sive ex possessionibus † liberari vel patrimonialis templorumve aut civilis
fiscalisve iuris, seu in auro seu in argento seu in speciebus vel in metallica quacumque
materia aliove quolibet conlationis titulo in publicis calculis residere noscuntur. Et sive
arcae sublimitatis tuae sive thesauris sive sacro debentur aerario, sive cellariis vel pri-
vatae rei nostrae aut dominicae domui, sive operibus huius inclitae urbis, omnia conla-
toribus nec non curialibus seu cohortalibus seu provincialibus officiis et aliis, quicumque
2 reperiuntur obnoxii, remittantur. Et ne qua liberalitatem nostram caligo fraudis valeat
inpedire, etsi in privatum contractum vel in cautionem debitum publicum transisse vel
novatum esse dicatur aut si quis curialis exactor vel cohortalis conpulsor pro obnoxio
3 se intulisse commemoret, nihilominus liberalitas nostra firma permaneat. Curialibus
etiam et cohortalibus nulla super exactionibus adversus obtiones vel actuarios vel devotis-
simos milites querellae permittatur occasio, ita ut et obtiones et actuarii et devotissimi
milites invicem taceant et nullam adversus curiales seu cohortales vel conlatores seu
officia provincialia seu decuriones moveant pro debitis publicis actionem, etiam si quas

---

3 nostri *N* hostili] hostium *O* muniuntur *HPMS* in *om. E* 4 otio] itio *K* potiantur] potiuntur *PS*, patiantur $H^b G$, patiuntur $H^a K$, puniantur $E^t$, ponuntur *M* miserati *H*; *fortasse* admirati 5 quae] *sic KLΦ cum Cui. ed. 1*, quibus *O*, *om. reliqui* alias] illas *H* sullimitas *O* etiam *om.* $G^1$ 6 humanitatem] humanitate *PMS*, ad humanitatem *K* 7 exactionum *E*, exactione *N* molestiam] molestam *OH cum Cui. ed. 1*, molestium *Φ* obnoxiis esse testatur *O* obnoxius *G*, obnoxii *E* 8 nostram *K* qui propter *S* 9 probanda *Φ* censuimus] *HNGEXCKΦ*, censemus *reliqui* cessit *NSΦ* sicuritate *M* 10 a sextae indictionis (inditionis *GS*, indictiones *EΦ*) initio (indicio $P^1 MS$)] a sexta indictione *O*; *ea incipit a. 437 Sept. 1* ad finem (*ins.* ad *S*) quintae decimae] *finit a. 447 Aug. 31* lapse *H*, alapsae *GK* 11 diluantur *E* siue ex .... 12 iuris *om. O* siue] sibi *N*, suae *G* liberali *N*, liberaria *E*, liberalibus *G*, aerarii *Cui. ed. 1 in margine*; *expectaveris* emphyteuticarii *Seeck* patrimoniales *K* templorumue] *scrib. cum Cui. ed. 1 et Pith. (ad Sichard.)*, templorumque *G*, temporumue (temporum uel *Φ*, temporum *H*) *reliqui* 11/12 ciuilis (-es *E*) fiscalis(-es *E*)ue (que *H*, uel *KL*)] fiscalis ciuilis fiscalisue *XCPMS* 12 seu in argento seu in auro *O* seu in auro] suae in a. *G* seu in speciebus (specibus *E*)] siue (seue $K^a$) in sp. *K* uel in] uel *K* metallis *E* quaecumque *ESΦ* 13 materica *N* consolationis *G* resedere *NGΦ* et siue] siue *SΦ*, et si *E* 14 archae *XK*, arcis *G* thensauris *HP*, theauris *K* sacro aerario debentur *H* siue cellariis .... 16 cohortalibus *om. O* cellariis] *scrib. cum Cui. ed. 1*, cellarii *HNEΦ*, celarii *K*, cellario *reliqui*; *vocem* cellarium *pro summo omnium cellario neque scriptores neque inscriptiones confirmant* 14/15 priuatae] prauitate *G* 15 rei] seu *N* nostra *N* aut] ut ad *S* domui] domus *HEXCPMS* huius] siue *S*, siue huius *KL* inclinatae *Φ* orbis *Φ* 15/16 conlatoribus] consultoribus *KL* 16 nec non] nec non et *H* coho(-a)rtalibus *GK* et aliis *om. O* quaecumque *N*, quibuscumque *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* 17 rei pereuntur *K* ne qua] neque *E*, ne quam *Φ* libertatem *C*, libertate *G* nostra *G* calico *K* fraudes *NG* ualeat] possit *OC* 18 etsi .... 19 dicatur] *cf. nov. Maiorian. 2, 21 sq.* etsi] si *O* priuatu contractu *G* cautionem] *sic NXCKΦ*, cautionibus *H*, cautione *reliqui* publicum debitum *O* 19 nouatum] locatum *G*, notatum *Φ* aut] ut *G*, *om. H* quis] qua *K* exactor] uel exactor *N* coartalis *G* 19/20 pro obnoxio se (si *S*)] prout noxiose *G* 20 intulisse *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* libertas *EXC* 21 coartalibus *G* super exactionibus] *sic E*, superactionis *K*, super exactiones *O*, superexactionis *reliqui* obtionis *EKL*, obiectiones *H* acturius *K* 21/22 deuotissimus *K* 22 quaerela *Φ* ut et] ut *NGXCK* obtiones] obiectiones *H* actuarios *H*, actuali *S* et deuotissimi] deuotissimi *E*, et deuotissimos *H* 23 in inuicem *H* nulla *G* seu] seo *K* coartales *G* uel conlatores .... 24 actionem *bis XPM* uel conlatores .... 24 prouincialia *bis* $C^a$ uel conlatores *om. H* seu] seo *K* 24 prouincialium *H* decuriores $G^a$, decurionum *H* pro debitis (prouidetis *H*) publicis *om. O* actionibus *H*, questionem *O*

4 expensas se pro aliis intulisse contendant. Praeterea quidquid ex titulo senatorii follis
5 in provinciis debetur, hoc quoque remitti iubemus. Si quid autem ex quintae decimae indictionis vel superiorum temporum debitis ad expensas primae indictionis seu posteriorum temporum deputatum est et si quid ex naulis ac pretiis materiarum et relevatis vel donatis aut translatis atque adaeratis vel ab arca sacratissimae Constantinopolitanae urbis debetur, id huius donationis beneficio non tenebitur. Sed et si quid in auro vel in speciebus vel in materiis civitatum operibus deputatum est et hoc erogatum non esse monstratur, eius quoque ratio servetur intacta nec possint debitores huius donationis auxilio niti, sed conpellantur hi, qui noxii reperiuntur, inplere suscepta opera et sumptuum reddere rationes. Nec enim oportet hanc liberalitatem nostram eo usque protendi,
6 ut in aliorum lucra iniuste proficiat, quod ornatui urbium delegatum est. Sentiant universi, quantum sibi pietas nostra profuerit, et in posterum devoto animo pensitationes publicas solvant qui se sciant praeteritis debitis liberatos, Palladi p(arens) k(arissime)
7 a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua huius saluberrimae pragmaticae legis moderationem per universos populos ac provinciarum iudices edictis propositis divulgari curabit, ut securi et beneficium nostrae pietatis et securitatis suae fructum libenter agnoscant. SCRIPTA PALLADIO V(IRO) INL(VSTRI) P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS, HERMOGENI V(IRO) INL(VSTRI) COMITI SACRARVM LARGITIONVM, GENETHLIO V(IRO) INL(VSTRI) COMITI RERVM PRIVATARVM, MAXIMINO V(IRO) INL(VSTRI) COMITI ET PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI . . . . . D. N. VALENTINIANO A. VII ET AVIENO VC. CONSS.

---

**25** expensus *H* intitulisse *X* senatorii] *scrib. cum Cui. ed. 1,* senatores Φ, senatoris *reliqui libri* follis] polles *G*, ullis Φ, publicis *E*, solidis *S cum Pith. (ad Sichard.)*, solidis follis *KL*, *om. O* **26** debitor *NGXC* remitti] non mitti *PMS* quis *H* ex quintae decimae . . . . . **27** temporum *om. G* ex] a *O*, ad *PMS* **26/27** quintae decimae (quindecimae $E^b$*XC*, quintae *N*) indictionis (indictiones *H*, inditionis *SK*Φ)] *vide ad v. 10* **27** temporum *om. H* primae indictionis (inditionis *S*, *om. K*)] *a. 448 Sept. 1 — 449 Aug. 31* **28** quis Φ ac] haec *G*, aut *E* et (ex *G*) reuelatis *GC* **29** tranlatis *K* atque] et *O* ab *om. N* archa *OGXS*, arcas *K* constautinapolitanae *P*, constantinopoli *K* **30** id] ad *NS*, in *E*, *om. O* beneficio donationis *O* non *om. O* et si] si *G*, et *N* quid] quicquid *N* **31** in speciebus] in specibus *N*, speciebus *OSK*Φ ciuitatum] comitum *OPMS* operibus *om. O* et hoc] hoc *N*, de hoc *G* **32** intacta] ita *G* possent *G*Φ, possit *E* **33** auxilio] benefitio *O* niti sed] noti sint *G* hic *XC* **33/34** sumptum *GPM* **34** rationis *NGE* hanc] eam *S*, ea *PM*, ana *X*, *vacuo spatio relicto om.* $C^1$ libertatem *E* **35** lucra] solacia *OPMS cum Pith. (ad Sichard.)*, *om. G* quod ornatui] cur natui *N* delegatum (delegatu. *S*, diligatum *K*) est] delegatur *O* sentiant . . . . . **36** profuerit et *om. O* sentiant] sensiant *M*, censemus *S* **36** quantum sibi] si tantum *S*, si tantum sibi quantum sit *H* et] ut *S* in postero *G*, in posterum ergo *O* deuoto] debito $E^a$ pensitationes] pensationes (-is *L*) *KL*, pensiones *E*, pensent actiones *G* **37** publica *E*, *om. O* qui se (*om. E*) sciant (sciunt *O*)] quis sciant *N*, quiescant *K* praeteritis] publicis *O*, praeter ius Φ liberatus *N*, libertos *G*, obligatos *O* palladii *S*, palladio *N*, pallidi *GK* **37/38** pkaa] *sic OC*, pk *HNXPM*, pk et Φ, p kl ag *G*, pk aq am *L*, pk atq am *K*, pk atque amantissime *E*, parens karissime *S* **38** inluster *H* praecelsa magnitudo tua] *sic perscr. E*, praecelsa mt. (mat. *X*) *XC*, pmta *NPM*, pmt. *O*, pcla. mfat. *K*, pclm infat *L*, praef. mft Φ, precella (preclara *S*) magnificentia tua *GS*, tua *H* saluberrima *C*, saluberrimi $K^a$ **39** praugmaticae *HEK*, praumaticae *L*, praumaciae *G*, prigmaticae *N*, pragmatici *XPM*, *om. O* legis *om. X* moderationem] *sic OHS*Φ, moderatione *reliqui* per uniuersos] peruersos *K*, per diuersos *L* ac prouinciarum iudices *om. O* edictis *post* uulgabit *O* **40** propositis] prompte *XC* diuulgari (*sic C*, diuulgare *X*, deuulgari *GS*, die uulgare *PM*, deuulgare *reliqui*) curabit (-uit *NEXK*Φ, -bitur *S*)] uulgabit *O* securi *om. O* et beneficium] beneficium *H* securitatis] sanctitatis *PMS* **41** agnoscat *H*, agnoscent *L*, cognoscent *K* **41/43** scripta palladio ū. inl. *om. et* ppo orientis hermogeni ū. inl. *post* maximino ū. inl. *Paris. 4411* **41** scr. . . . . **43** maximino ū. *om. Leid.* scr. . . . . **44** cubiculi *om. Ω Paris. 4408. 4414. 4415* scr. . . . . **44** d. *om. Epit. Mon.* scr. . . . . **44** ualent. a. *om. Paris. 4409 Vat. 1048* scr. . . . . **44** conss. *om.* Ψ'Θ **41/42** ppo (pf pa *KL*, praeposito *OS*, praefecto *C*) orientis] o pro cunctis *H* **42** hermogeni] e hermogeni $G^a$, hermogeniano *KL* comiti] et *H*, *om. Paris. 4411* sacrorum *H* largitiorum *N*, largionum *K*, largiter *X* genethlio] *sic scrib. secundum concilii Chalcedonensis a. 451 habiti praescripta (cf. Hardouin, Act. Concil. II p. 53/54. 273/74)*, genetrio *H*, geneclio *NCPMKL*, geneglio *Paris. 4411*, genedio *GX*, genesio *E*, gitecilio *O*, gitelicio *S* **43** comiti] conl. *Paris. 4411* priuatorum *H*, praediotarum *Paris. 4411* maximino] maximiano *OPMS*, maximo *G* ū.] uecar. *Paris. 4411* inlustris *Paris. 4411* comiti et] *om. Leid.*

INTERPRETATIO. Lex ista hoc continet, ut per provincias relaxatae beneficio principis tributorum reliquiae non quaerantur, tamen quod exactum est, si apud exactores resedisse constiterit, id praecipit, ut publicis debeat utilitatibus non perire, sed quod exactum est a retentatoribus thesauris inferatur et a provincialibus vel a possessoribus quod solutum non fuerit non quaeratur.

---

BREV. *(O[om. int.]NHGEXCPMSK, item selectis tamen lectionibus LΦ [om. subscr. int.]; decurtati textu omisso inscriptionem subscriptionem interpretationem omnes fere exhibent, Fuldensis interpretationem integram servat). — Ad interpretationis v. 45 sq. spectat Benedict. Levita (MG. LL. II, 2 p. 17 sqq.) I c. 369.*

*Paris. 4411* praepositu *Paris. 4411*, proposito *E*, ppo *GPM Leid.* sacria *N*, sacrio *Leid.* **44** cu(*vel* -o)bili *N Paris. 4411*, cupicule *Leid.* *Dies mensis locus deficiunt in libris (extat* dat. lex *Vat. reg. 1048 Paris. 4409*, dat. *L*, ppta *Ω). Paris. 4408 habet* data iii non mar rom *interpolata ex nov. Valent. 1, 3 eodem anno eodemque sub titulo data. Datam esse novellam nostram post oct. 11 praecedens novella (Marcian. 1) docet* d. n.] dnn *K*, domn *Paris. 4411*, dom nr *Leid.*, domino *O*, domno *Paris. 4408. 4414. 4415*, domini *NEXC*, domni *GΩ*, dominici *S*, *om. L* ualentinianum *Leid.*, ualentiniani *G XCPMLΩ*, ualente *Paris. 4408* a. uii .... conss. *om. Leid.* uii] uiii *X*, ui *O Paris. 4414. 4415*, 4 *C*, xuii cons. *Vat. 1048 Paris. 4409*, *om. E* auieno] *sic OXC Epit. Mon.*, auiano *G*, albino *HE Vat. 1048 Paris. 4408*, abein *Paris. 4411*, abiegno *Paris. 4414. 4415*, abieno *reliqui* **45** sta *H* principe *Fuld.* **46** tributarum *Ω* reliquae *HNXCK¹Ω Fuld. Epit. Mon.* quaerentur *ΨΘ* tamen] amen *Fuld.* exactum] actum *ΨΘ* exactore *N Fuld.* residisse *HNXCΨΘ*, residere *PMS* **46/47** contetuerit *Fuld.* **47** praecipit] praecipis *G*, precipet *H*, praecepit *NEXCKΨΘΩ Fuld.* perisse *H* quod] si *Fuld.* **47/48** a retentatoribus] a retentoribus *GΨ*, a retentatibus *K*, a retentantibus *L*, senatoribus *H* **48** thesauris] thensauris *HPM*, in thesauris *ΨΘ* infer.tur *(sic) Fuld.* et a] et ad *K*ᵃ*ΨΘΩ* a p.] a possessioribus *M*, possessoribus *N* quod *om. Fuld.* solitum *C*, sultum *N*, solute *Fuld.*, non solutum *ΨΘ* non *om. E*

# III. DE PRAEDIIS CIVITATVM OMNIVM.

iii *om. C* praesidiis *Θ (lat.) Paris. 4413* ciuitatem *Ξ* omnium *om. PΦΞ Epit. Mon.*

Nov. III (451 Ian. 18).

IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS.

Avaritiae suae culpam arguit, qui pro possessionibus, quas detinet, debitas functiones inferre cunctatur. Itaque inter ceteros egregios actus, quibus rei publicae tua sublimitas prodest, etiam suggestionem de praediis iuris civilis oblatam iure laudamus, per quam postulatum est, ut, si qui memorata praedia dempto civili canone consecuti sunt, veterem
1 canonem in posterum cogantur agnoscere. Celsitudo igitur tua id nobis placuisse cognoscat, ut, || si qui ⸢vel⸣ ex titulo donationis vel ex emptione sive ex alio quolibet titulo possessiones ⸢ ⸢iuris civilis, tantummodo⸣ quae huius iuris esse vere probantur, cuiuslibet civitatis et praecipue huius aeternae urbis, cui maiorem debemus favorem, tam civilis, ut dictum

*Iust. 11, 70, 5*
|| *incipit* | ⸢vel⸣ *om.*
⸢ vel domus vel ergasteria | ⸢iuris dumtaxat civilis⸣

---

**1** imperatorum *G* ualens *Paris. 4414* marcianus] arcadius *N Paris. 4410* aa.] aug *G*, ad *ΨΘ*, *om. O Leid.* palladio] ad palladium *Epit. Mon. Iust. (I)*, *om. G Paris. 4409 Iust. (KO)* ppo orientis] praeposito orientis *S*, pf. orientis *KL*, ppo *Paris. 4410. 4413*, pp *Iust. (I)*, preposito *O*, praefecto *G*, *om. Paris. 4409 Iust. (KO)* **2** pro possessionibus] pro pessionibus *S*, pro possessionibus suis *Φ Paris. 4408* detenit *NK*, detinent *HXPM* debitas] *H NΦ*, debita *E*, *om. reliqui* **3** cunctatus *XC*ᵃ, cunctantur *HΦ*, moratur *O* tua *om. H* **4** prodeest *HEPM* etiam *om. H* suggessiones *H* iure ciuili *E* oblata *N*, oblato *H*, sublatam *EΦ* laudamus] l. aetiam *H* quem *H* **5** quis *K* dempto] adempto *HN EK*, adepta *Φ* consecute *K*ᵃ, consequuta *C* sunt] sint *O* ueterem] ut ueterem *KL* **6** coguoscere *O* **7** placuisset *K* **8** ex emptione] *sic HPM Iust.*, emptione *S*, ex(c)eptione *XC*, ex emptionis *reliqui* siue] uel *H* alio quolibet] aliquolibet *K*, alio modo quolibet *XC* **8/9** possessionis *HNESK* **9** iures *E*ᵃ ciuili *NE*ᵃ **9/10** tantummodo quae huius iuris esse uere probantur] *sic Iust.*, tantummodo qu(a)e (qua *Φ*) *reliqui libri nostri*, *om. O*, tantummodo et *Sichard.* **11** pauorem *S* tam ciuilis ..... **12** possessiones *om. O* tam] nostrae *S*

